τοῖς γὰρ ἀπόροις ἀνάγκη χρῆσθαι καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶν ὥσπερ ἀκολούθοις, διὰ τὴν ἀδουλίαν. τριῶν δ' οὐσῶν ἀρχῶν, καθ' ἃς αἱροῦνταί τινες ἀρχὰς τὰς κυρίους, νομοφυλάκων, προβούλων, βουλῆς· οἱ μὲν νομοφύλακες ἀριστοκρατικὸν, ὀλιγαρχικὸν δ' οἱ πρόβουλοι, βουλὴ δὲ δημοτικόν. περὶ μὲν οὖν τῶν ἀρχῶν, ὡς [ἐν] τύπῳ, σχεδὸν εἴρηται περὶ πασῶν.

A nam pauperibus neceſſe eſt vti mulieribus, & pueris tanquam miniſtris, quoniam ſeruos non habent. Cúmque tres ſint magiſtratus, per quos aſſumunt quidam ſummas poteſtates, conſeruatores legum, & præconſultores, & conſilium: conſeruatores legum optimatum magiſtratus eſt, præconſultores verò paucorum potentia, conſilium autem populare. De magiſtratibus ergo, vt in figura, ferè di-
B ctum eſt de omnibus.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ πολιτικῶν τὸ Η.

Κεφάλαιον α.

ΠΕΡΙ πολιτείας ἀρίστης τὸν μέλλοντα ποιήσασθαι τὴν προσήκουσαν ζήτησιν, ἀνάγκη διορίσασθαι πρῶτον, τίς αἱρετώτατος βίος. ἀδήλου γὰρ ὄντος τούτου, καὶ τὴν ἀρίστην ἀναγκαῖον ἄδηλον εἶναι πολιτείαν. ἄριστα γὰρ πράττειν προσήκει τοὺς ἄριστα πολιτευομένους ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς, ἐὰν μή τι γίγνηται παράλογον. διὸ δεῖ πρῶτον ὁμολογεῖσθαι τίς ὁ πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, αἱρετώτατος βίος. μετὰ δὲ τοῦτο, πότερον κοινῇ καὶ χωρὶς ὁ αὐτὸς, ἢ ἕτερος. νομίσαντες οὖν ἱκανῶς πολλὰ λέγεσθαι καὶ τῶν ἐν τοῖς ἐξωτερικοῖς λόγοις περὶ τῆς ἀρίστης ζωῆς, καὶ νῦν χρηστέον αὐτοῖς. ὡς ἀληθῶς γὰρ πρός γε μίαν διαίρεσιν οὐδεὶς ἀμφισβητήσειεν ἂν ὡς οὐ τριῶν οὐσῶν μερίδων, τῶν τε ἐκτὸς, καὶ τῶν ἐν σώματι, καὶ τῶν ἐν τῇ ψυχῇ, πάντα ταῦτα ὑπάρχειν τοῖς μακαρίοις δεῖ. οὐδεὶς γὰρ ἂν φαίη μακάριον τὸν μηθὲν μόριον ἔχοντα ἀνδρίας, μηδὲ σωφροσύνης, μηδὲ δικαιοσύνης, μηδὲ φρονήσεως, ἀλλὰ δεδιότα μὲν τὰς παραπετομένας μυίας· ἀπεχόμενον δὲ μηθενὸς, ἂν ἐπιθυμήσῃ τοῦ φαγεῖν ἢ πιεῖν, τῶν ἐσχάτων· ἕνεκα δὲ τεταρτημορίου διαφθείροντα τοὺς φιλτάτους φίλους· ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν διάνοιαν οὕτως ἄφρονα καὶ διεψευσμένον, ὥσπερ τι παιδίον, ἢ μαινόμενον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν λεγόμενα, ὥσπερ πάντες ἂν συγχωρήσειαν· διαφέρονται δ' ἐν τῷ ποσῷ, καὶ ταῖς ὑπεροχαῖς. τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς ἔχειν ἱκανὸν νομίζουσιν ὁποσονοῦν· πλούτου δὲ, καὶ χρημάτων, καὶ δυνάμεως, καὶ δόξης, καὶ πάντων τῶν τοιούτων, εἰς ἄπειρον ζητοῦσι τὴν ὑπερβολήν. ἡμεῖς δὲ αὐτοῖς ἐροῦμεν,

ARISTOTELIS Politicorum

LIBER SEPTIMVS.

CAPVT I.

DE optima republica rectè quærere volenti, neceſſarium eſt
C prius determinare, quæ vita ſit maximè expetenda: nam ſi id ignotum ſit, neceſſe eſt & optimam rempublicam ignorari. optimè enim agere conſentaneum eſt, qui ſub optima reipublicæ diſciplina reguntur, ex his quæ ſibi aſſint, niſi quid accidat præter rationem. Quare primo ſtatuendum eſt, quæ vita ſit cunctis, vt ita dixerim, maximè optanda:
D deinde vtrum publicè & priuatim eadem ſit, an alia. Putantes igitur multa ſufficienter eſſe dicta de optima vita, etiam in externis ſermonibus, & nunc illis vtendum cenſemus. Nempe aduerſus hanc diuiſionem nemo vtique refragabitur, quòd tria cùm ſint bonorum genera, externa, corporis, & animi, iſta omnia adeſſe fœlici homini oportet. nemo enim fœlicem diceret eum, qui nullam partem fortitudi-
E nis habeat, neque temperantiæ, neque iuſtitiæ, neque prudentiæ, ſed timentem etiam circumuolantes muſcas. temperantem verò à nulla penitus edendi bibendíque extrema cupiditate, & gratia quadrantis vnius dilectiſſimos interficientem. ſimiliter & mente tam ſtultum atque ignarum, quaſi puerum quendam vel inſanum. Sed iſta quidem ſic, vt dicta ſunt, omnes concederent. Diſcordant tamen
F in quanto atque exceſſu. nam virtutis quidam ſatis habere ſe putant quantumcumque habeant: diuitiarum verò atque pecuniæ, potentiæque & famæ, & huiuſmodi omnium infinitum exceſſum ſequuntur. At verò nos illis dicemus, quia